De S. Donato

Præceptū Hildeprandi Ducis Spoletini. An: [illegible]

IN nomine Domini Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi regnante Dño Carolo excellentissimo Rege Francorum, atque Longobardorum, anno regni ejus in Italia, Deo propitio, 5.º Ego in Dei nomine Hildeprandus gloriosus, et summus Dux Ducatus Spoletini, donamus, atque concedimus in Monasterio S. Vincentij Levitę et Martyris Christi, quod situm est in territorio Beneventano super fluvio Vulturno, ubi Josue ven: Abbas regimen tenes, Ecclesiam S. Donati in territorio Cumine cum terris, et montibus ubi ipsa Ecclesia ędificata est, et mons ipse nominatur Pezzullu habens fines, prima parte per cilium montis, et descendit per Serra quę nominatur Tranversa. Secunda parte via antiqua quę dicitur Marsicana. Tertia parte via quę vadit propè Ecclesiam S. Felicis. Quarta parte Riagine quę descendit inter hunc montem, et montem qui dicitur Acero, quam et donamus in jamd.ᵗᵒ Monasterio ipsum campum, et terram quę vocatur valle-bona conjuncta cum pred.ᵗᵃ via, et monte acero, atque concedimus in pred.ᵗᵒ Monasterio Ecclesiam S. Juliani in jamd.ᵗᵒ territorio cum terris, et aquis conjunctis ubi pred.ᵗᵃ Ecclesia ędificata est: habentes fines ab una parte terra, et rivio qui pergit per Valle de Castanietu: de alia parte rivio qui dicitur de Mala-fide, et coniungit se cum fonte vitula: 3.ᵃ parte via antiqua 4.ᵃ parte descendente ipsa aqua et rivo de fonte vitula, et coniungit cum pred.ᵗᵒ rivulo de Castanieto, quam et donamus, et concedimus pred.ᵗᵒ Monasterio, servos, et ancillas nostras qui ibidem resident. Quamobrem firmiter habeas jamdicta, ven: Abbas, et pars iamd.ᵗⁱ Monasterij atque Rectoribus ejusdem Mon.ʳⁱⁱ et Successoribus vestris hanc donationem, ac concessionem sit firmam, et stabilem semper in perpetuum, ut à nullis potestatibus vel nostris uxoribus ad pars iamd.ᵗⁱ Mon.ʳⁱⁱ aliquando contradicatur; sed per hunc nostrum Preceptum hanc nostram donationem firmiter valeant possidere. Data Spoleto in Palatio mense Majo, Indictione 2.ᵃ

De Benafro

Preceptū Grimoaldi Prīpis Beneventani

IN nomine Domini Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi. Concessimus nos vir gloriosissimus Grimoaldus Dei providentia Beneventanę Provincię Princeps per rogum Aodoaldi Referendarij nostri, in Monasterio S. Vincentij Martyris quod

situm